



Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

Bosco, Jean a

Lovanii, 1670

Concl. VII. Per se loquendo & in universum non debet explicati in omni peccato carnis circumstantia virginitatis, etiam ex parte seminæ, etsi interveniat fractio claustris virginalis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73393)

lari posset esse obligatio explicandi circumstantiam virginittatis amissa per peccatum carnis, etsi per se loquendo & in universum non teneatur penitens eam declarare, ut edissero Conclusionem sequenti, quæ talis est:

CONCLUSIO VII.

Per se loquendo & in universum non debet explicari in omni peccato carnis circumstantia virginittatis, etiam ex parte femine, etsi interveniat fractio claustrii virginalis.

Ratio fundamentalis: quia per se loquendo, & in universum talis circumstantia non transfert peccatum carnis ad aliam speciem, neque notabiliter aggravat. Probatur: quia virginittas, per se loquendo, non est virtus obligans: ergo amissio virginittatis; per se loquendo, non est peccatum: ergo fornicatio virginis, per se loquendo, non habet malitiam, specie distinctam à malitia simplicis fornicationis. Antecedens est Apostoli 1. Corinth. 7. v. 25, De Virginibus præceptum Domini non habeo.

Prima consequentia est evidens: Vbi enim non est lex, nec prævaricatio (inquit Apost. Rom. 4. v. 15.) omne autem peccatum est prævaricatio legis, teste D. Ambrosio lib. de Paradiso c. 8. ibi: Non consistet peccatum, si interdictio non fuisset. Et infra: Quid enim peccatum, nisi legis divina prævaricatio, & celestium inobediencia præceptorum? Consonat D. August. lib. 2. de Peccat. merit. c. 16. Neque peccatum erit, si quid erit, si non divinitus iubeatur, ut non sit. Et infra: Quomodo enim dimittentis dimittitur per Dei misericordiam, si peccatum non est? Aut quomodo non vetatur per Dei iustitiam, si peccatum est?

Secunda consequentia probatur: quia illa fornicatio non prohibetur, nisi per præceptum castitatis; quod ostendo discurrendo per alia præcepta, quibus putant Nonnulli hanc fornicationem opponi. Atque in primis non opponitur præcepto iustitiæ: quia unusquisque est dominus corporis sui ad actum copulæ carnalis, non obstante integritate carnis seu virginittate, ut patet in matrimonio, quod etiam invitis parentibus potest contrahere, absque peccato iniustitiæ: ergo etiam extra matrimonium potest alteri tradere corpus suum ad illum actum, absque peccato iniustitiæ, estô non absque peccato luxuriæ.

Sicuti prodigis, quamvis peccet contra liberalitatem, abjiciendo suas pecunias, ubi & quando non deberet abjicere; equidem non

contra iustitiam, quia verè est dominus illarum pecuniarum. Valide ergo facit, tametsi illicite. Ergo similiter in casu proposito, quamvis virgo illicite faciat copiam sui corporis extra matrimonium, illicite (inquam) id est, contra virtutem castitatis, attamen valide, id est, sine cuiusque iniuria. Cui enim faceret injuriam? Non sibi ipsi: quia volenti & scienti non fit iniuria, saltem quando valide cedit juri suo. Alioquin si voluntas talis sit, ut non possit valide habere talem effectum, remanet ratio injuriæ, etiam formalis ac proprie dictæ, secundum Aliquorum opinionem.

Exemplum sit in illo, qui sciens & volens occiditur; qui cum non sit dominus vite suæ, nam Deus specialiter sibi illud dominium reservavit, invalide cedit juri suo. Aliud exemplum, pupilli, qui ex lege positiva nequit valide rem suam alienare absque auctoritate judicis: talis quippe volens & sciens patitur veram injuriam ab eo, qui re donatâ vel emptâ utitur tamquam suâ, caret siquidem donans aut vendens voluntate validâ ad cedendum juri suo: & licet non sit contra voluntatem ejus naturalem, est tamen contra voluntatem ejus civilem, quatenus lex vel Superior præcipit; quod, etiam dum vult, moraliter reputetur non volens & invitus. Tertium exemplum erit, conjugis, cedentis jure matrimonii in ordine ad adulterium, quam cessionem Multi putant invalidam; ideoque docent, etiam tali casu fieri veram injuriam scienti & volenti.

Quidquid sit de his exemplis (de quibus hic non est locus disputandi) dico, ab illis non rectè argumentari ad præsentem casum: quia certum est, in aliquo casu virginem posse cedere jure suo ad virginittatem, scilicet per contractum matrimonii. Et quamvis extra matrimonium illicite cedat, quia illa cessio ipsi prohibetur per virtutem castitatis; equidem ex nullo capite probatur, quod invalide, id est, quod per virtutem iustitiæ illa cessio ipsi sit prohibita. Veluti si conjuges pari consensu vovissent castitatem; cedentibus illis jure suo, quamvis illicite contra votum, quia tamen valide (cum illa cessio non prohibetur, nisi ex virtute Religionis) copula subsequens, quamvis foret sacrilega, non tamen iniusta. Ergo similiter copula carnalis, per quam virgo sciens & volens extra matrimonium amittit virginittatem, etsi sit luxuriosa, non tamen iniusta; quia non prohibetur ipsi ex virtute iustitiæ, sed solum ex virtute castitatis.

Dices: Scriptum est Eccli. 7. v. 26. Filia tibi sunt? Serva corpus illarum. Et v. 29. In toto corde tuo honora patrem tuum, & genitum matris tue ne obliviscaris. Ergo parentes habent strictè dictum jus iustitiæ tum custodiendi corpus virginis suæ, tum ut virgo sua per bonos mores ipsos honoret. Ergo licet per talem copulam

111. Exempla in quibus aliqui invalide cedunt juri suo.

à quibus non rectè argumentatur ad casum Concl. VII.

112. Obiectio ex Scriptura Eccli. 7. ab



copulam non fiat injuria ipsi virgini, sit tamen injuria ejus parentibus.

Confirmatur.

Confirmatur: Qui auferet bona castrensia filio, etiam illo consentiente, infert parentibus injuriam: ergo similiter, qui filia auferet virginitatem, etiam ipsa consentiente. Probaturs sequela: quia sicut pater habebat jus alendi filium ex bonis castrensibus, quo invitus spoliatur; ita etiam habebat jus honestè elocandi filiam, quo invitus privatur per ablationem virginitatis, seu violationem integritatis carnis: nam corrupta difficiliùs potest invenire honestas nuptias, quàm integra.

113. Respondetur ad confirmationem negando.

Assumptum: siquidem pater non tenetur alere filium, prodigum suorum bonorum, sed potest ipsum ejicere domo: quòd si velit ulterius alere, id liberalitatis est, non debiti. Pari autem ratione non tenetur filiam meretricem honestè elocare, neque propterea amplius dotare: sibi imputet, quòd non possit honestas nuptias adipisci (præterquam, quòd ipsa possit velle non nubere, vel nubere marito inferioris conditionis) ergo ex hac parte nulla fit injuria parentibus.

Responsio ad principalem objectionem.

Neque etiam propter jus custodiendi corpus virginis: suppono enim, quòd vi vel fraude non impediverit hanc custodiam: & tantum jus habent parentes ad custodiendum corpus filia corruptæ, ne iteratò corpore suo abutatur, quautum ad custodiendum corpus filia adhuc integræ. Enimverò eandem patientur parentes ignominiam ex peccato filia priùs corruptæ, si prior corruptio manserat occulta; posterior autem fornicatio sit publica, quàm ex peccato filia adhuc virginis. Neque majus jus habent parentes, ut honorentur per bonos mores filia virginis, quàm filia corruptæ, aut per bonos mores filii, quàm filia.

114. Parentes habent æquale jus custodiendi corpus filiorum ac filiarum.

Et quamvis Scriptura superius allegata tantum loquatur de corpore filiarum; equidem existimo parentes habere æquale jus custodiendi corpus filiorum. Quis autem propterea dixerit filium (etiam virginem) fornicantem, peccare speciali peccato injustitiæ? Confiteor: non tam infamis est fornicatio filii, quàm filia; sed quid tum, dum modò reverà sit infamis? Quia tamen parentes non habent strictum jus, ut vel filius, vel filia, suis bonis moribus positivè honorent familiam suam; sed tantum, ne per se & essentialiter eam dehonefent suis malis moribus; ideo fornicatio filii vel filia, virginis aut non virginis, ex hoc capite non contrahit specialem malitiam injustitiæ, in Confessione explicandam. Et enim infamia filii vel filia de per se & essentialiter non redundat in infamiam parentum vel familia; sed tantum accidentaliter. Unde non est tam causa, quàm occasio aliqua talis infamiae, quam filius vel filia non tenetur ex justitia evitare.

Infamia filii aut filia non redundat essentialiter in infamiam familia;

Aliud est, quando Pater-familias permittit sibi imponi aliquod crimen, v. g. hæresis, ob quod omnes de tali familia jure habentur incapaces ad officia & beneficia: quia talis infamia redundat essentialiter & per se in totam familiam, ut nimis manifestum est. At verò propter fornicationem filii aut filia-familias contra voluntatem parentum, quis unquam parentes viles existimavit, vel incapaces aliqujus officii vel beneficii? Dicuntur quidem dehonefate suam familiam, & indubiè aliquod dedecus est; attamen solum per accidens conjunctum, & magis proveniens ex evulgatione fornicationis, quàm ex ipsa fornicatione: nullus enim minus existimavit aliquam familiam ex hoc, quòd solus sciat filiam fuisse corruptam; & aliundè per accidens est, quòd fornicatio illa publicetur. Finio, & dico: nemo tenetur ex justitia impedire ignominiam, quæ aliis solum inditèctè, & consequenter provenit ex suo dedecore, v. g. quia amici ejus sunt, cognati &c.

Atque ut totum concederemus, adhuc vera foret Conclusio: quia fieri potest, ut virgo sit orbata parentibus, immò omninò libera & sui juris, exempta ab omni potestate tutorum & curatorum: ergo saltem illius virginis fornicatio nemini erit injuriola; adeoque in universum non debet explicari circumstantia virginitatis. Deinde illa malitia injustitiæ non provenit præcisè ex circumstantia virginitatis; quia eandem habet (ut offendimus) fornicatio filia corruptæ, quando prior fornicatio fuit occulta, & planè per accidens conjungitur illa infamia propter publicationem. Ergo per se loquendo (ut habet Conclusio) non est explicanda in Confessione circumstantia virginitatis, quasi semper superaddat specialem malitiam injustitiæ.

Si dixeris: Saltem superaddit gravem malitiam contra obedientiam patri debitam, vel contra Charitatem, propter grave malum parentum, quod potuit & debuit virgo impedire.

Respondetur: potest fieri, ut mox diximus, quòd nullos habeat parentes; & tamen haberet, malitia inobedientiæ contra parentes non reperitur, quandiu expresso præcepto non prohibent fornicationem: sicut nec Religiosus peccans contra castitatem, semper etiam peccat contra obedientiam (licet invito Prælato id faciat) quamdiu non accesserit speciale præceptum in ea materia.

Quantum ad obligationem Charitatis & pietatis erga parentes, si virgo prævidit gravem infamiam, aut aliud grave malum parentum, quamvis solum accidentale; indubiè graviter peccavit contra pietatem & amorem parentibus debitum. Sicut etiam Religiosus ex hoc capite videtur graviter peccare contra pietatem & amorem, quem suo Ordini debet; immò fortè contra justitiam, quia infamia Reli-

Religiosi videtur dare in infamiam. Religiosi habent hæc malitia necessitè virginitatis clarum est. Religiosus, sepulchrum peccatorum. His non obstat videre poteris sol. 11.) tenentur delictis, per se le carnis explicandis nitis, propter ceti jacturam virginitatis. Hi ergo peccato specialem contra propriam tur in peccato gnis.

Alii sunt, quod lem deformitatis, & aureola peccato exterioris per fractionem niunt specificatum ex jactura femina, ut placu signaculi, quod casu à natura interbi licitè permittitur quod à natura inter videtur dominium membrorum.

Sed contra ponderis, ut sup litiam mortalem amittitur virginitas; tum quia magnum augmentum homo possit acquirere non est propriam Charitatem omissionem bonorum. Scio esse aliquum emergens, certò debiti processus, id est boni indebiti; Charitas mortaldamnum virginitatis modo, aut certandum magnum lis per bona operum. Ratio patet aureola non furtem, sed tale peccato virgo potest vis Charitas in sicuti inclinatur.

118. Alii dicunt, quod peccato fornicationis, quod est contra propriam tur in peccato gnis.

119. Alii dicunt, quod peccato fornicationis, quod est contra propriam tur in peccato gnis.

117. Alii dicunt, quod peccato fornicationis, quod est contra propriam tur in peccato gnis.

116. Alii dicunt, quod peccato fornicationis, quod est contra propriam tur in peccato gnis.

115. Alii dicunt, quod peccato fornicationis, quod est contra propriam tur in peccato gnis.

114. Alii dicunt, quod peccato fornicationis, quod est contra propriam tur in peccato gnis.

sect. 10. De Distinctione specifica Peccator. Concl. 7. 749

Religiosi videtur per se & essentialiter redun- dare in infamiam totius Ordinis : omnes enim Religiosi habentur viles & abjecti. Interim hæc malitia non provenit præcisè ex circum- stantia virginittatis aut Religiois Professionis, ac clarum est. Et ideo tam virgo, quàm Re- ligiosus, sæpiù excusantur, quia bonâ fide putarunt peccatum occultandum.

His non obstantibus, plures Auctores (quos videre poteris apud Dianam p. 1. tract. 7. re- sol. 11.) tenent oppositum Conclusionis; videlicet, per se loquendo, & in omni peccato carnis explicandam esse circumstantiam virgi- nitatis, propter dampnum irreparabile, videli- cet jacturam virginittatis & aureolæ correspon- dentis. Hi ergo Auctores agnoscunt in illo peccato specialem & mortalem deformitatem contra propriam Charitatem, quæ non reperit- ur in peccato carnis corruptæ seu non vir- ginis.

Alii sunt, qui licet non agnoscant specia- lem deformitatem in peccato interno (per quod tamen etiam amittitur virtus virginittatis, & aureola amittens) equidem in peccato externo, quo amittitur integritas car- nis per fractionem claustrî virginittatis, inven- iunt specificam turpitudinem, procedentem tum ex jactura signaculi, quod natura dedit feminae, ut placeret viro; tum ex abscissione signaculi, quod licet non potest fieri, nisi in casu à natura intento; sicut nec abscissio mem- bri licetè permitti potest, nisi ob bonum ali- quod à natura intentum: neque mulier magis videtur domina signaculi, quàm aliorum membrorum.

Sed contra primum: Illa jactura non est tanti ponderis, ut superaddat aliam specificam ma- litiam mortalem; tum quia sine illo peccato amittitur virginittas, & aureola in matrimo- nio; tum quia majus bonum est, aliquid magnum augmentum gloriæ essentialis, quod homo possit acquirere per bona opera, & ta- men non est peccatum mortale contra prop- riam Charitatem, illius jacturam incurrere, omissione bonorum operum.

Scio esse aliquam disparitatem inter dam- num emergens, id est, boni jam possessi aut certò debiti privationem, & inter lucrum cessans, id est, non acquisitionem alicujus boni indebiti; equidem non est tanta, ut Charitas mortaliter obliget ad evitandum damnatum virginittatis & aureolæ; nullo autem modo, aut certè non nisi venialiter, ad lu- crandum magnum augmentum gloriæ essentia- lis per bona opera.

Ratio patet ex dictis: quia virginittas & aureola non sunt bonum necessarium ad salu- tem, sed tale bonum, quod absque illo pec- cato virgo potest velle amittere. Ergo quam- vis Charitas inclinet ad illud retinendum, sicuti inclinat ad acquirendum augmentum

gloriæ essentialis; equidem non videtur, sal- tem graviter, obligare.

Contra secundam sententiam opponitur primò; quòd femina non teneatur conservare omnia, quibus potest magis placere viro: non enim pulchritudinem, non divitias &c. esse etiam vellet nubere; quantò minùs, si nolit? deinde integritas corporis non est medium necessarium ad illum finem: nam etiam vidua potest viro suo placere; & sibi imputare debet vir, quòd existimans se ducere virginem, corruptam duxerit, cum scire possit & debeat, plures esse, quæ existimantur virgines, & tamen non sunt. Nisi ergo interrogata, se virginem mentita fuerit; non habet justam causam querelæ; nec propterea minùs debet placere viro, præsertim si illum defectum dote, pulchritudine, aliisque virtutibus com- penset.

Accedit, naturam (ut Aliqui volunt) ita providisse feminis, ut sæpè viri non possint cognoscere fractionem claustrî; vel si natura non providerit, multæ norunt artem, medi- camentis vitium illud occultandi; ergo ex hoc capite nulla malitia specifica mortalis contra bonum matrimonii aut bonum prolis, quæ non invenitur in simplici fornicatione.

Quod attinet ad obligationem conservandi vitam & membra, testatur peritissimi Medi- ci, claustrum seu signaculum virginium non esse partem aliquam carnis seu membranam, sed quandam quasi complicationem partium ipsius officii valis feminei, quæ per viri accessum dilatantur, & sic aperitur & patet vas. Ita Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 14. n. 1.

Atque ut esset ruptio tenuissimæ pelliculæ, profectò non sufficeret ad peccatum mortale contra obligationem conservandi vitam & membra; sicuti mortaliter non peccat abscin- dens minimam particulam carnis. Et ideo Conclusionem nostram Multi docent apud Dianam supra, & ipse eam judicat probabi- liorem, & probabilem vocat Lugo disp. 16. n. 218. Dicastillo disp. 9. n. 433. & alii Re- centiores, quos vide diffusius hanc controver- siam pertractantes. Hæc dicta nobis sufficiant ad praxim, in qua (ut etiam fatentur Aucto- res contrariæ sententiæ) difficillimum est ob- bligare puellam vel nobilem femina, quæ confitetur internum peccatum copulæ carnalis; ut explicet, an sit virgo vel corrupta.

Cùm igitur peccatum carnis nimis veterun- dum sit, adeoque Confessionis ejus difficultas non modica, præsertim feminis; elegimus sententiam mitiorem, quam in praxi existimo planè tutam, ita generaliter intellectam, prout eam in Conclusionem expressimus. Nam si vio- lenter virgo opprimatur, constat, præter ma- litiam fornicationis, explicandam esse speciem injustitiæ.

Nec sufficienter confiteretur secundum B b b b 3 com-

120. Arguitur contra secundum primò.

Secundò.

121. Tertio.

Dicitur, Lugo, Dicastillo.

122. Conclusio nostra est in praxi tutâ.

Qui violenter

118. Alii do- cent oppo- situm Con- clusioni, quia amittitur aureola cor- respondens virginittati.

119. Alii, quia amittitur aureola.

119. Primum opponitur.

Constat.

117. An res- pectus ad parentem, cum dubiè graviter noxam parenti- bus ex hoc contra pite- tati debet; im- quia infamia Reli-

ter oppri-
mit virgi-
nem, tene-
tur virgini-
tatem ex-
primere.

Quid per
violentiam
intelliga-
tur.

123.
An virgo
consenti-
ens ex gravi
metu teneat
virginitatem
explicare?

Negat Sa-
nchez.

124.
Improbatur
ratio San-
chez.

communem sententiam, qui diceret: *Commissi simplicem fornicationem per violentiam*; sed deberet exprimere circumstantiam virginitatis, propter speciale jus, quod natura tribuit conservandi integritatem carnis: quod jus non laeditur, quando violententer opprimitur corrupta. Atque hoc peccatum propriissime vocatur stuprum, & ponitur inter species aut quasi species luxuriae. Per violentiam autem intelligo externam vim; aut aliquid aequivalens, ut sunt fraus, dolus vel gravis metus.

Si autem quaeritur; an virgo, consentiens ex metu mortis suae deflorationi, debeat explicare virginitatem in Confessione? Respondet Sanchez supra n. 13. minime teneri; nam stupri ratio consistit in violenta ablacione virginitatis: at virgo nullam virginitatem violententer aufert, sed patitur violententer sibi auferri. Nec ratione concursus seu cooperationis potest ea femina peccare stupri peccato; quia ubi timor cogit, non tribuitur culpa concursus; nec censetur cooperatio, nisi ubi res est intrinsece mala, nec pendet à voluntate concurrentis recte fieri, vel saltem absque circumstantia illa superaddita.

Et ideo femina illa virgo, timore compulsa, est rea fornicationis, & si esset conjugata, vel cum conjugato, adulterii; quia nec malitia fornicationis, nec circumstantia adulterii pendet ex feminae voluntate, ita ut illa concurrente tollatur: at cum malitia circumstantia raptus & stupri pendet ex feminae voluntate (si enim ipsa consentiret, non esset raptus nec stuprum) inde est, ut in ipsa non inveniatur malitia hujus circumstantiae, sed potius fornicationis: at in stuprante utraque inveniatur, eò quod non habeat voluntatem spontaneam virginis, sed metu extortam; sicut cogens me mortis metu incusso, ut manum sibi abscindendam tradam, peccat abscindens; at ego offerens minime delinquo, quia non spontaneè concuro ad alterius peccatum, ac possum liberè manum abscissionem velle & intendere ad vitam tuendam. Haec tenet Sanchez.

Sed quamvis Aliquibus ipsa resolutio non displiceat, equidem improbant rationem, exemplo illius, qui sine justa causa inducit usurarium, ad sibi mutuandum cum usura, qui peccat peccato secundo in iustitia ratione scandali, tamen in potestate ejus sit, malitiam istam tollere; si nimirum gratis ac spontè velit donare lucrum. Et plura similia adferunt exempla, ex quibus omnibus concludunt: licet virgo in casu nostro posset non esse invita, sed spontaneè consentire; interim tamen, dum non spontè, sed metu coacta consentit, manet tota malitia stupri seu deflorationis violentae; & per consequens virgo cooperatur illi actui, qui habet talem malitiam objectivam.

Neque ideo excusatur à peccato cooperatio-

nis, qui metu mortis tradit manum abscindendam, quia propria voluntate potest auferre malitiam illius actionis (hoc enim saluum est, cum non sit dominus suae manûs) sed quia simpliciter non cooperatur peccato; non enim consilium absolute peccatum, sed conditionate tantum, ac si diceret: *Si peccandum tibi est, consilio ut potius mutiles me, quam occidas.*

Similiter ergo (inquit Lugo disp. 16. n. 235.) in casu nostro virgo excusatur à malitia cooperationis, quia volenti eam occidere vel violare, offert violationem, ne occidat, quod est cooperari ad minus malum. Est quidem differentia in hoc, quod offerens manum abscindendam nullam prorsus contrahit malitiam, quia illa abscissio respectu abscidentis est minus peccatum, & respectu ipsius patientis nullum est peccatum. At verò virgo consentiens violationi, ne occidatur, peccat quidem; quia ille consensus in copulam illicitam, est intrinsece malus, & respectu ipsius virginis non est minus malum, sed majus, quam mors tolerata ob defensionem pudicitiae: atque ideo respectu sui non excusatur, sed contrahit totam malitiam fornicationis.

Ceterum considerando illam actionem, prout est cooperatio ad peccatum alterius, nullam habet malitiam, quia prout sic est cooperatio ad minus malum alterius, cui non absolute, sed conditionate exhibet se violandam, quasi dicat: *Si vis vel occidere, vel violare, me viola potius, quam occidas.* Quod quidem neque in ratione consilii, neque in ratione cooperationis contrahit malitiam à peccato illius, cui cooperari videtur. Hucusque Cardinalis.

Sed nec ista ratio placet Dicastilloni, qui disp. 9. n. 453. sic ait: Sicut sub nullis circumstantiis licet præbere materiam fornicationis, quae est corpus aptum ad fornicationem, etiam si per possibile vel impossibile ipsa femina primaria & directè malitià fornicationis non peccaret; quia maneret adhuc alia secundaria contra jus etiam naturale, prohibens præbere materiam alteri, ut fornicetur; ita in nostro casu, licet in veriori sententia virgo non peccet ipsa per se malitià primarià & directè peccati stupri contra seipsam, sub nullis circumstantiis licebit præbere alteri materiam stuprationis, quia manet adhuc secundaria malitià contra jus naturale prohibens præbere materiam alteri, ut stupret.

Ideo hic Auctor n. 454. per principia intrinseca purat probabilitatem, hanc circumstantiam dare suam malitiam, & esse explicandam in Confessione. Addit: Non ausim tamen improbare oppositam sententiam; tum quia non caret fundamento probabili, tum quia Multorum est & Sapientissimorum.

Ego autem sic discurro de hac controversia. Suppono in primis, virginem ex metu mortis

posse permittere copulam carnalem consentens in peccato luxuriae (quorum eadem Iustitia & Juris tali casu posset invitam violare, est consulerem majorem peccatum sit, quam posset dubitare, ponatur iustitia sita.

Suppono secundum in casu proprio quo virgo cogit autem metum in luntarium virginitatem ulatenus cooperatio fornicationis seu praecessit consensum corporis ad fornicationem virgo consentiat stupri, quae distincta est, violantiam extorquentem subsequens deneganda appellatione simplici.

Itaque virgo consentiens in copulam cooperatur stupri fornicationi: id est, nec illam in se sed positivè distinctam seu violentiam cooperatur malitiam quae, antequam violandum, non posita fuisset, ipsa.

Et ideo si stimitur adulterium corpus suum, quam distinguit nonandum erat conchoata; adeoque cooperari, quam stupri, id est, in hoc peccatum à plera erat & perfectè dicitur violenta in iustitiam incusso a. Licet ergo cooperatur quod denominat malitiam stupri; explicare in Confessione, & transeo ad dicitur, de qua in-

CONCLUSIO VIII.

Consuetudo peccandi, v. g. fornicandi, per se loquendo, non est explicanda in Confessione. Consuetudo planè inadvertenter jurandi & pejerandi, ordinariè explicanda est, eò quòd sæpè advertentia, aut scandalum interveniat.

Consuetudo formaliter, est quædam frequentia operandi vel omittendi eodem modo, & non distinguitur ab ipsis actibus vel omissionibus frequenter repetitis. Dico, Formaliter; quia causaliter dici potest, effectus consuetudine introductus: quo modo sumitur consuetudo, quando ab Isidoro lib. 5. Etymol. c. 3. describitur (& refertur dist. 1. c. 5.) *Consuetudo est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum desit lex.* Hic enim ipsa lex, consuetudine introducta, consuetudo nominatur. Sic etiam causaliter habitus animi, per consuetudinem introductus, consuetudo solet nominari: & ratione habitus acquisiti, inclinantis per modum naturæ ad similes actus, consuetudo solet dici altera natura.

Impresentiarum loquimur de consuetudine formaliter, quam Aliqui apud Dianam p. 3. tract. 7. resol. 15. affirmant explicandam in Confessione; sic ut hodie fornicans ex inveterata consuetudine, id est, postquam iteratis vicibus pluries fuerat fornicatus, non satisfaciat confitendo solum peccatum hodiernum; sed iteratò debeat præcedentes fornicationes explicare. Fundant se illi Auctores, quia frequentia fornicandi est occasio proxima novæ fornicationis: ponere autem vel retinere occasionem proximam peccandi mortaliter, est peccatum mortale, quod debet explicari.

Dicendum (inquit Fagundez præcept. 2. l. 4. c. 4. n. 7.) consuetudinem atque reincidentiam sæpè constituitur hominem in quodam morali periculo & facilitate peccandi: & ideo moraliter loquendo semper hujusmodi circumstantia necessarè erit confitenda, si Confessor de illa pœnitentem interroget. Quòd si non interroget, tenetur pœnitens eam declarare, quantum necesse est, ut Confessarius intelligat statum suæ conscientie. Quamobrem, si hujusmodi statum explicare non possit, nisi explicando consuetudinem relati-

129.
Quid sit
consuetudo
de?

Aliqui dicit
cent con-
suetudinem
esse expli-
candam in
Confessione;
ne.
Diane.

130.
Probatio est
Fagundez.

posse permittere sui corporis violationem per copulam carnalem, dummodò absit periculum consensus in delectationem, etiam sine ullo peccato luxuriæ. Ita de tactibus inhonestis (quorum eadem est ratio) docet Lessius de Justitia & Jure lib. 4. c. 3. n. 64. Adeoque tali casu posset consulere alteri, ut potius se invitam violet, quàm occidat: hoc enim non est consulere peccatum, sed abstinentiam à majori peccato, si reverà stuprum minus peccatum sit, quàm homicidium; de quo aliquis posset dubitare, cum homicidium tantum opponatur justitiæ; stuprum autem justitiæ & castitati.

Suppono secundo, specialem malitiam stupri in casu proposito oriri ex injusto metu, quo virgo cogitur ad consentiendum: illum autem metum injustum simpliciter esse involuntarium virgini consentienti, nec ad illum ullatenus cooperari, præbendo alteri materiam fornicationis seu stuprationis; utpote qui præcessit consensum virginis, & oblationem corporis ad fornicandum: adeò ut, antequam virgo consentiat, jam posita sit malitia externa stupri, quæ distinguitur à simplici fornicatione; id est, violentia seu illatio metus ad copulam extorquendam, à qua violentia copula subsequens denominatur stuprum; alioquin appellanda simplex fornicatio.

Itaque virgo ex metu mortis positivè consentiens in copulam & delectationem ejus non cooperatur stupro quæ tali, sed tantum simplici fornicationi: id est, non cooperatur malitiæ stupri, nec illam intendit, aut in eam consentit, sed positivè dissentit, nolendo injustum metum seu violentiam prius positam; sed tantum cooperatur malitiæ simplicis fornicationis, quæ, antequam ipsa præbebat corpus suum violandum, nondum exterius erat posita, nec posita fuisset, ipsa non præbente suum corpus.

Et ideo si stuprator est conjugatus, committit adulterium; quia ipsa non præbente corpus suum, malitia externa adulterii, per quam distinguitur à simplici fornicatione, nondum erat completa & perfecta, sed solum inchoata; adeoque ipsa meritò dicitur ad eam cooperari, quamvis ex metu. Porro malitia stupri, id est, injustitia, per quam distinguitur hoc peccatum à simplici fornicatione, completa erat & perfecta ante copulam, quæ non dicitur violenta vel injusta, nisi ex metu prius injustè incusso ad copulam extorquendam. Licet ergo cooperetur talis virgo ad peccatum, quod denominatur stuprum, non tamen ad malitiam stupri; & ideo non debet illam explicare in Confessione. Ita sentio, salvo meliori, & transeo ad circumstantiam Consuetudinis, de qua instituitur

128.
Virgo ex metu mortis positivè consentiens in copulam & delectationem ejus non cooperatur stupro quæ tali, sed tantum simplici fornicationi: id est, non cooperatur malitiæ stupri, nec illam intendit, aut in eam consentit, sed positivè dissentit, nolendo injustum metum seu violentiam prius positam; sed tantum cooperatur malitiæ simplicis fornicationis, quæ, antequam ipsa præbebat corpus suum violandum, nondum exterius erat posita, nec posita fuisset, ipsa non præbente suum corpus.

129.
Quid sit consuetudo de?

130.
Probatio est Fagundez.